BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 43v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dies ueniunt dicit dominus. et nō
dicetur ultra. viuit dominus qui
eduxit filios isrl. de terra egypti. Sed
iuuit dominus qui eduxit filios i
srl. de terra aquilonis. et de uniuersis ter
ris ad quas eieci eos. ut reducā eos
in terram suam quam dedi patribus
eorum. Ecce ego mittam piscatores
multos dicit dominus. et piscabun
tur eos. Et post hec mittam eis mul
tos uenatores. et uenabūtur eos de
omni monte. et de omni colle. et de ca
uernis petrarum. quia oculi mei sr̄
omnes uias eorum. nō sunt abscon
diti a facie mea. et nō fuit occulta ini
quitas eorum ab oculis ~~eorum~~ meis
Et reddam primū duplices iniqui
tates. et peccata eorum. quia contami
nauerunt terram meam in morticinis
ydolorum suorum. et abhominatio
nibus suis impleuerunt heredita
tem meam. Domine fortitudo mea
et refugium meū. et robur meū in die
tribulatōnis mee. Ad te gentes ue
nient ab extremis terre. et dicent. Vere
mendacium possederunt patres uri
uanitatem que eis nō profuit. Nun
quid homo nō faciet sibi deos. et ipi
nō sunt dii. Idcirco ego. ecce ostendam
eis p̄uicem hanc. ostendam eis ma
num meam. et uirtutem meam. et sci
ent quia nomen michi dominus.
Peccatum iuda. scriptum ē stilo fer
reo in ungue adamantino. et exara
tum est sup̄ latitudinem cordis eorū
et in cornibus ararum eorum.

Cum recordati XVII
fuerint filii eorum ararum
suarum. et lucorum suorū lignorum
q̄ frondentium in montibus excelsis
sacrificantes in agro. fortitudinē tuā
et omnes thesauros tuos in direptōem
dabo. et excelsa tua p̄pter peccata tua i
uniuersis finibus tuis. Et relinque
ris sola ab hereditate tua quam dedi
tibi. et seruire te faciam inimicis tuis
in terra quam ignoras. quoniam ignē
succendisti in furore meo qui usq̄ in
eternum ardebit. Hec dicit dominus
Maledictus homo qui confidit in ho
mine. et ponit carnem brachium suū
et a domino recedit cor eius. Erit enī
quasi mirice in deserto. et nō uidebit cū
uenerit bonum. sed hītabit in siccitate
in deserto in terra salsuginis. et inhītabi
li. Bn̄dictus uir qui confidit in dn̄o
et erit dominus fiducia eius. et erit tam
quam lignum quod transplantatur
secus aquas quod ad humorem mit
tet radices suas. et nō timebit cū ue
nerit estus. Et erit folium eius ui
ride. et in tempore siccitatis nō erit sol
licitum. nec aliquando desinet facere
fructum. Prauū est cor hom̄is. et īscru
tabile quis cognoscet illud. Ego do
minus scrutans corda. et probans re
nes. qui do unicuiq̄ iuxta uiam suā
et iuxta fructum ad inuencōnum su
arum. Pdix fouit que nō pepit fecit
diuicias. et nō in iudicio. In dimidio
dierum suorum dereliquid eas et in
nouissimo suo erit insipiens. Soli
um glorie altitudinis a principio lo
cus sanctificatōnis nr̄e exspectatio
isrl. Domine omnes qui te derelin
quūt confundentur. recedentes a te